

Ex iis extractae fuerunt duo mediae costae, duo ossa pariter ex costis, pars ossis majoris, alterum parvum, sex ossicula cum altero frustillo [*frustulo*] pariter ossium. His omnibus amotis per nos, fuerunt in chartam albam redacta omnia et involuta gossypio ac religata victa coloris rubri, impressa nostro sigillo; deinde in parvam capsam reposita et in basi positum pariter fuit gossypium, quam religavimus exterius vitta coloris viridis, impressis in ea tribus sigillis cerae hispanicae.

Tandem, praesentibus omnibus, capsam per nos clausam fuit, religata cum vitta coloris rubri et in parte antica impressa octo sigilla, ex parte postica quatuor et ex utroque latere pro unoquoque duo.

Testamur denuo capsam, in qua reliquiae amotae asservantur, fuisse per nos traditam Procuratori Rev.mo P. Josepho M. Mautone, ad finem deferendi eam in hanc S.R. Congregationem. Servatis in omnibus ejusdem S.R. Congregationis mandatis.

In quorum fidem.

Datum Cavis, ex nostra residentia die nona junii 1832

+ Silvester Episcopus cavensis et sarnensis

Archipresb. Franciscus Villani, Cancellarius

Concordat cum suo originali Romae expedito (48).

Certamente è da lodare la sobrietà del Vescovo nell'estrarre dall'urna le ossa di S. Alfonso. Ma, come vedremo, questa sobrietà non piacque al Postulatore P. Mautone; il quale poi saprà trovare la via per ottenere quanto vorrà, e Mons. Granito ne avrà la peggio.

## VII. QUINTA RICOGNIZIONE

Sei mesi dopo la quarta ricognizione il Postulatore P. Mautone presentava la seguente domanda al S. Padre Gregorio XVI. Bisogna notare che il S. Padre aveva conosciuto il Mautone molto bene e ne aveva stima, essendo stato con lui membro del Collegio dei Postulatori (49).

« Beatissime Pater,

Joseph Maria Mautone, Procurator Generalis Congregationis SS.mi Redemptoris et Postulator causae canonizationis Beati Alphonsi Mariae de Ligorio ejusdem Congregationis Fundatoris, humillime exponit jam Sanctitatem Vestram benignè indulgisse quod Episcopus cavensis reliquias extraheret a tumba ejusdem Beati, distribuendas tum iis, quibus de more in solemni ejus canonizatione, tum aliis eas enixe poscentibus; Episcopum autem adeo paucas et exiguas extraxisse reliquias, et oratori tradidisse, ut necessariae distributioni nullo modo sufficient; ideoque ejusmodi extractio perinde habenda est ac si nondum facta. Quamobrem idem orator Sanctitatem Vestram reverenter exorat ut per novas litteras particulares Congregationis Sacrorum Rituum demandare dignetur praefato Episcopo cavensi ut, juxta instructionem jam datam a S. Fidei Promotore, tumbam corporis Beati Alphonsi Mariae iterum reseret, ac tantam reliquiarum copiam Postulatori ab oratore substituendo tradat, quantam idem Postulator existimaverit praefatae distributioni necessariam.

Et de gratia etc. (50).

Questa domanda ci lascia comprendere che il sei giugno 1832, mentre il P. Mautone domandava a Mons. Granito un'abbondante estrazione di reliquie, « *Copia reliquiarum* », il Vescovo giustamente aveva temperato la larghezza del Postulatore a spese di S. Alfonso e si era limitato a dargli: « *Duo mediae costae, duo ossa pariter ex costis, pars ossis majoris, alterum parvum, sex ossicula cum altero frustulo pariter ossium* ».

Tutto questo non era poco. Tuttavia se si volesse non scusare, ma comprendere la larghezza del P. Mautone e quindi la sua insistenza, si può pensare alla estesa corrente di entusiasmo e di devozione non soltanto italiana ma europea per S. Alfonso, ed alla conseguente richiesta di reliquie « *ex ossibus* ». Questo spiega anche il tono un po' energico col quale il Card. Pedicini, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti scriverà al povero Monsignor Granito, perché si metta a disposizione del P. Mautone, per una supplementare estrazione di ossa dall'urna di S. Alfonso.

In data 12 dicembre 1832 fu dunque presentata la nuova domanda al S. Padre. Il Segretario della Congregazione ha così notato in calce alla domanda:

Ex audientia SS.mi, die 12 decembris 1832. - SS.mus novas Sacrorum Rituum Congregationis litteras concessit, quibus praecipiat nova reliquiarum extractio ad libitum Postulatoris, servata tamen in omnibus praecedenti Sanctae Fidei Promotoris instructione. Contrariis non obstantibus quibuscumque. - J.G. Fatati S.R.C. Secretarius (51).

Lo stesso giorno 12 dicembre il Cardinal Prefetto della Sacra Congregazione scriveva al Vescovo di Cava in questi termini:

Rev.me Domine uti Frater.

Ad humillimas preces R.P. Joseph Mariae Mautone, Procuratoris Generalis Congregationis SS. Redemptoris ac Postulatoris causae canonizationis Beati Alphonsi Mariae de Ligorio ejusdem Congregationis Institutoris, ac olim Episcopi S. Agathae Gothorum, quarto nonas Maji labentis anni Sanctissimus Dominus Noster Gregorius XVI, Pontifex Maximus, concessit particulares hujus Sacrorum Rituum Congregationis litteras una cum adnexa R.P.D. Sanctae Fidei Promotoris instructione, quo Amplitudo tua posset ad extractionem reliquiarum ejusdem Beati devenire.

Hujusmodi reliquiarum extractione peracta, iterum supradictus causa Postulator eidem Sanctissimo Domino Nostro institit, exponens adeo paucas et exiguas reliquias extractas fuisse, ut nullimode necessariae distributioni in actu canonizationis aliisque illas enixe poscentibus sufficiant; quamobrem novas peculiare litteras Sacrorum Rituum Congregationis exostulavit Amplitudini tuae dirigendas, quibus praecipetur nova reliquiarum extractio ad libitum Vice-Postulatoris ab oratore designandi, et quantam ipse existimaverit praefatae distributioni necessariam.

Quum autem Sanctitas Sua probe intelligat ipsam Sanctissimi Redemptoris Congregationem plusquam coeteris studere debere integritati corporis Beati Alphonsi Mariae de Ligorio, propterea Amplitudini tuae demandandum esse praecepit, ut juxta praecedentem instructionem Sanctae Fidei Promotoris deveniat ad novam aperitionem sepulchri, in quo Beati corpus asservatur, atque ex illo denuo extrahat illam reliquiarum copiam, quam distributioni necessariam Postulator indicaverit.

Haec Sacratissimi Principis mandata lubenti animo dum exequor, amplitudini tuae veram ex animo exopto felicitatem.

Amplitudinis tuae

Romae 12 decembri 1832

C. M. Episcopus Praenest. Card. Pedicini Praefectus  
J. G. Fatati S.R.C. Secretarius (52)

Rev.mo Domino uti Fratri  
Episcopo Cavensi

A Mons. Granito non restava dunque che mettersi a disposizione del P. Mautone ed eseguire quanto questi avrebbe domandato. Ma la morte venne in suo soccorso: egli infatti moriva nel dicembre 1832, prima di ricevere la lettera del Cardinal Prefetto.

Con questa morte, la lettera diventava inesequibile per mancanza di destinatario. Ma il P. Mautone non si arrese e pregò il S. Padre che volesse dichiarare che la lettera fosse considerata come diretta al Vicario Capitolare, successore del Vescovo. Non abbiamo la domanda del Mautone, ma essa dovette essere presentata subito intorno al Natale 1832.

Infatti già in data 11 gennaio 1833 il Segretario della Sacra Congregazione dirigeva la seguente lettera al Vicario Capitolare di Cava:

Reverendissime Domine, vix expeditis peculiaribus hujus Sacrorum Rituum Congregationis Litteris pro nova extractione reliquiarum Beati Alphonsi de Ligorio, Fundatoris Congregationis SS.mi Redemptoris ac olim Episcopi S. Agathae Gothorum, iisque pro illorum executione Rev.mo cavensi Episcopo directis, nuncium pervenit sequutae mortis ipsiusmet Episcopi. Ut autem hae litterae effectu non carerent, iterum SS.mo D.no Nostro Gregorio XVI Pontifici Maximo humillime supplicavit R.P. Joseph M. Mautone, supradictae Congregationis Procurator Generalis ac Postulator ut easdem facultates pro recensita nova reliquiarum extractione paragenda Episcopo cavensi concessas, Reverendissimo Vicario Capitulari Sede illa vacante concedere dignaretur.

Quum autem SS.mus Dominus hujusmodi precibus benigne annuerit sub hac die, in audientia infrascripto Rev. P. Sacrorum Rituum Congregationis Secretario impertita, partes tuae erunt omnia adamussim servare loco et vice Episcopi, juxta tamen regulas et cauthelas superioribus in peculiaribus litteris expressas et Episcopo cavensi directis, quae per te erunt executioni mandandae.

Et dum bene valeas,

Romae 11 januarii 1833.

Rev.mo Vicario Capitulari cavensi (53).

Questa lettera porta la data dell'11 gennaio; tuttavia passò l'anno intero senza che si venisse alla ricognizione, per la quale il P. Mautone aveva tanto lavorato. Il 3 dicembre 1833 la Diocesi di Nocera, che il 27 giugno 1818 era stata annessa a quella di Cava, veniva ricostituita e reintegrata nella sua autonomia e successivamente veniva eletto quale Vescovo Mons. Aniello D'Auria, che riceveva la consacrazione episcopale il 30 giugno 1834.

Per questi mutamenti di giurisdizione anche la seconda lettera dell'11 gennaio 1833, non essendo stata eseguita in tempo utile, diventava inoperante: il Vicario Capitolare di Cava, destinatario della lettera non aveva più nulla a che fare con la reintegrata Diocesi di Nocera. Occorreva quindi una terza lettera; ed il Mautone una terza volta domandò la grazia di far riaprire l'urna delle reliquie per l'abbondante nuova estrazione. Ma questa volta volle attendere un anno prima di rivolgersi al Santo Padre. Nell'archivio della Sacra Congregazione dei Riti si conserva una breve domanda, senza data, scritta dallo stesso ufficiale minore, che aveva scritto le altre due del dicembre 1832 e del gennaio 1833. Essa dice:

Beatissimo Padre,

Il P. Giuseppe Maria Mautone, della Congregazione del SS. Redentore, Postulatore della causa del Beato Alfonso M. De Liguori, umilmente implora dalla Santità Vostra la facoltà per l'odierno Vescovo di Nocera di poter aprir l'urna del suddetto Beato a fare una nuova estrazione di reliquie, occorrenti per la canonizzazione del medesimo.

E della grazia.

In calce alla domanda il Segretario Mons. Fatati annotava:

Ex audientia SS.mi Domini die 3 augusti 1835. - SS.mus annuit concessitque peculiare Litteras ad effectum de quo in precibus, servata forma prioris instructionis S. Fidei Promotoris.

J.G. Fatati, S.R.C. Secretarius (54).

Lo stesso giorno il Segretario Mons. Fatati, scrivendo al nuovo Vescovo di Nocera, gli ricordava le precedenti lettere che non era stato possibile eseguire, e, per disposizione del S. Padre, gli significava esser suo compito eseguire fedelmente quanto era stato comandato al Vescovo di Cava, Mons. Granito. Ecco la nuova lettera:

Reverendissime Domine, uti Frater.

Etsi jam secundo fuerint peculiare Sacrorum Rituum Congregationis litterae expeditae pro nova extractione reliquiarum Beati Alphonsi Mariae de Liguori, Fundatoris Congregationis SS. Redemptoris ac olim Episcopi Sanctae Agathae Gothorum, primo quidem sub die 4 maji 1832, illaeque directae Rev.mo Cavensi Episcopo, qui fato non multos post dies cessit, proptereaque iterum sub die 11 januarii sequentis anni 1833 per eandem facta fuerit potestas Vicario Capitulari cavensi ad hanc extractionem deveniendi, attamen ob varias peculiareque circumstantias usque modo huic operi manus admotae non sunt, atque ad hoc efficiendum nova opus est delegatione. Siquidem inter haec Ecclesiae Nuceriae Paganorum a Cavensi divulsa, iterum in cathedralem fuit erecta illique novus antistes adsignatus. Idcirco SS.mo D.no Nostro Gregorio XVI, Pontifici maximo humillime supplicavit Rev. P. Joseph Maria Mautone ejusdem Congregationis Sanctissimi Redemptoris Procurator Generalis causaeque praedicti Beati Postulator, ut eandem facultates ad effectum deveniendi ad novam reliquiarum extractionem, jam Episcopo cavensi, et hac Sede vacante, Vicario Capitulari tributas, novo Episcopo Ecclesiae Nuceriae Paganorum concedere dignaretur.

Quum autem SS.mus Dominus hujusmodi precibus benigne annuerit sub hac die in audientia subscripto R.P. Sacrae hujus Congregationis Secretario impertita, Amplitudinis tuae partes erunt omnia admissim servare quae Episcopo Caven fuere primitus praescripta, adeoque juxta regulas et cautelas superioribus in peculiaribus litteris expressas et Episcopo Caven. directas, servata in omnibus forma instructionis R.P. Sanctae Fidei Promotoris illis insertae, cum adjuncta lege ut secreto haec fiant, adhibitis tantum paucis testibus necessariis, ab Am-

plitudinis tuae arbitrio eligendis, ut juxta morem opportunum omnium actorum instrumentum conficiatur, una cum capsula reliquiarum bene clausa et sigillis munita transmittendum.

Et Amplitudo tua diu felix et incolumis vivat.

Romae 3 augusti 1835

uti frater

C.M. Card. Pedicinus Praefectus  
J.G. Fatati S.R.C. Secretarius (55).

Rev.mo D.no uti fratri

Episcopo Nuceriae Paganorum

L'aiutante di studio che ha steso questa lettera è incorso in un errore, che potrebbe determinare una ricostruzione dei fatti non corrispondente alla verità storica. Egli scrive che, pochi giorni dopo la prima lettera della Sacra Congregazione in data 4 maggio 1832, il Vescovo di Cava sarebbe morto, sicché l'autorizzazione ad estrarre reliquie era stata rinnovata in data 11 gennaio 1833 al Vicario capitulare. Ciò farebbe supporre che Mons. Granito non avrebbe potuto fare nessuna estrazione di reliquie per la morte sopraggiunta, e l'autorizzazione del 4 maggio sarebbe rimasta senza esecuzione. Ciò non è vero; noi abbiamo visto che il 6 giugno Mons. Granito eseguì l'ordine venuto da Roma con le lettere del 4 maggio.

Appare chiaro che l'estensore della lettera del 3 agosto 1835 non ha tenuto conto della lettera del 12 dicembre 1832, benché questa fosse conservata in archivio. Forse sarà stato indotto in errore dal fatto che Mons. Granito non aveva redatto e spedito in Congregazione la relazione della ricognizione del 6 giugno 1832. Tale assenza fece pensare che la ricognizione autorizzata il 4 maggio 1832 non aveva avuto luogo. Comunque il P. Mautone, che certo ricordava il contrasto avuto in tale occasione col defunto Mons. Granito, avrebbe dovuto chiarire ogni cosa; ma preferì tacere.

Anche dopo questa nuova lettera del 3 agosto 1835 il P. Mautone attese tre anni, prima di venire alla ricognizione; questa infatti ebbe luogo soltanto il 6 settembre 1838. Da una relazione ufficiale sappiamo che in detto giorno il Vescovo Mons. Aniello D'Auria col Promotore Fiscale della Curia, col Notaio, con tre Medici e con altri testimonii andò a Pagani, nella Chiesa dei PP. Redentoristi ed estrasse le reliquie domandate dal P. Mautone.

Abbiamo visto che al termine della precedente ricognizione, Mons. Granito non aveva fatto redigere una relazione ufficiale, debitamente firmata da lui e dai testimoni, ma s'era contentato di mandare a Roma le sole lettere testimoniali del 9 giugno 1832, controfirmate dal solo Cancelliere. Questo difetto giuridico ebbe delle ripercussioni sullo svolgimento della presente ricognizione.

Infatti Mons. D'Auria, aperta la seduta, domandò al Cancelliere l'atto ufficiale della precedente ricognizione, per stabilire con essa la necessaria

continuità giuridica. Ascoltata la dichiarazione del Cancelliere sulla mancanza di tale atto e sulla sola presenza delle lettere testimoniali spedite da Mons. Granito a Roma, il Vescovo decise di supplire a tale mancanza con la testimonianza giurata di persone che fossero state presenti alla ricognizione del 6 giugno 1832.

Ecco l'atto ufficiale che ci dà tali testimonianze:

Noi qui sottoscritti PP. della Congregazione del SS.mo Redentore e Sacerdoti e confidenti della chiesa dei PP. di S. Michele de' Pagani attestiamo, deponghiamo e giuriamo costarci benissimo, sulla nostra coscienza, della identità dell'urna in cui riposano le spoglie del Beato Alfonso Maria de' Liguori, dell'integrità de' suggelli di cui l'urna istessa è munita ed attestiamo, giurando, che dal giorno sei giugno, in cui dal fu Mons. Graniti [*sic*] fu riconosciuta l'urna anzidetta e da cui allora furono estratte altre reliquie, l'urna è rimasta sempre la stessa, situata nel medesimo luogo, munita degli stessi suggelli, senza veruna menoma alterazione, che perciò abbiamo segnato il presente atto, da conservarsi nella Curia diocesana.

Oggi nella chiesa di S. Michele de' Pagani, il dì sette settembre 1838. Con avvertirsi che l'estrazione delle reliquie dall'urna medesima fu eseguita, previo mandato apostolico diretto al fu M. Graniti.

Maestro in teologia e... Rettor curato Aniello Pecorari  
 Francesco Maria Alfano del SS. Redentore  
 Claudio M. Ripoli del SS. Redentore  
 Giovanni Attanasio Dottor fisico  
 Gabriele Tipaldi Dottor fisico  
 Luca Torre Dottor fisico (56).

Per integrare la prova di autenticità del sepolcro e delle reliquie di S. Alfonso, il Vescovo ne ordinò il controllo sulle indicazioni contenute nelle testimoniali di Mons. Granito. Costatata infine l'integrità dei sigilli, si aprì l'urna e furono tolte al corpo del Santo altre quattro coste, di cui una non era intera. Fu estratta anche la clavicola di destra; questa asportazione della clavicola è da riprovarsi fortemente; con ciò si violò gravemente la integrità dello scheletro, tanto più che essa dovette esser divisa in piccoli pezzi, poiché oggi non più si conserva.

Non abbiamo le lettere ufficiali con le quali il Vescovo autenticò queste reliquie spedite a Roma; si conserva tuttavia la bozza di tali lettere. Eccola:

Universis ac singulis et praesertim Em.mo ac Rev.mo D.no Card. S.R.C. Praefecto notum facimus atque testamur nos peculiaribus facultatibus instructos, vigore litterarum ab eadem Sacra Congregatione Romae expeditarum sub die augusti tertia anni 1835, ad ecclesiam S. Michaëlis Archangeli Patrum Congregationis SS.mi Redemptoris Communis Paganorum in hac nostra Dioecesi Nucerna accessisse, ibique, juxta instructionem a Fidei Promotore traditam, urnam continentem mortales Beati Alphonsi M. de Liguorio Congregationis SS. Redemptoris Funda-

toris et S. [*Agathae*] Gothorum olim Episcopi exuvias, rite recognovisse ac aperuisse et, servatis de jure servandis, ex eadem urna sequentes quinque extraxisse reliquias, nimirum: duas costas spurias, claviculam unam, alterius costae verae portionem et aliam costam veram, quemadmodum eas doctores physici appellandas docuerunt.

Testamur quoque nos quinque has sublatas de corpore Beati Alphonsi reliquias reverenter reposuisse ac collocasse in capsula lignea nuda, coloris subobscuri, cujus longitudo est palmi unius circiter etc. Insuper testificamur capsulam descriptam, gossypio esse repletam ad reliquias circumtegendas, capsamque ipsam bene clausam ligaminibus seu fasciis sericis coloris rubri, sexque nostris patentibus sigillis, tribus scilicet ex parte superiori et tribus ex inferiori esse circumquaque obsignatam ac communitam, ut proinde nil prorsus desit, quinimmo omnia ea concurrant quae ex sacris sanctionibus requiruntur ad has reliquias publice christifidelium venerationi exponendas.

In quorum fidem... (57).

Terminata la ricognizione, il Vescovo fece stendere la relazione ufficiale; anche di questa possediamo soltanto la bozza:

In Dei nomine. Amen.

Anno Domini 1838, feria 6 mensis septembris, post meridiem hora 20, Gregorio Papa XVI in apostolico throno feliciter sedente, septimo sui pontificatus anno, Ill.mus ac Rev.mus D.nus Agnellus Joseph D'Auria, sacrae theologiae Doctor, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Nuceriae Paganorum, comitatus a suae Cathedralis Canonicis (scilicet a Poenitentiario D.no Petro Scafati, in sacra facultate licenziato, Promotore Fiscali Curiae episcopalis nucerinae et vicesgerente Promotoris fidei, Archipresbytero D.no Francisco Xaverio Villani, Curiae episcopalis Cancellario et Canonico Cathedralis curato, D.no Raphaël Simeone Ferraiuoli auctoritate ecclesiastica praefatae Curiae notario), peculiaribus facultatibus praeditus vigore litterarum a S.R. Congregatione Romae expeditarum sub die augusti tertia 1835, se contulit ad ecclesiam S. Michaëlis Archangeli PP. Congregationis SS.mi Redemptoris, Communis Paganorum, suae nucerinae Dioecesis, ut, juxta instructionem a Fidei Promotore traditam, servatis de jure servandis, nova sacram reliquiarum ex urna Beati Alphonsi M. de Liguorio, Fundatoris Congregationis SS.mi Redemptoris ac Episcopi olim S. Agathae Gothorum, mortales exuvias continente extractio fieret et Romam ad praedictam Sacram Rituum Congregationem mitteretur.

In primis praefatus Antistes, perventus ad capellam in ecclesia supradicta, marmoribus nitentem, ubi corpus Beati Fundatoris Congregationis SS.mi Redemptoris adservatur, quaesivit a Canonico Archipresbytero Villani, Curiae Cancellario, ut instrumentum quod conficiendum erat die junii sexta anni 1832, cum Praesul c.m. Silvester Granito, Episcopus cavensis et sarnensis urnam recognovit et ex ea, de Sacrae Congregationis mandato, alias extraxit reliquias Romam transmittendas; necnon alia documenta penes Curiam existentia sibi ad legendum tra-

derentur, ut praesens actualisque sacri depositi status jam recognoscendus cum antecedenti posset diligenter conferri, ad ejus integritatem maturius inspiciendam.

Januae omnes ecclesiae erant tunc temporis clausae et in testes instrumentarios adhibiti sunt doctores phisici tres, nimirum: D.nus Lucas Torre et D.nus Gabriel Tipaldi chirurgicam et D.nus Johannes Atanasio medicam artem exercentes. Paschalis Cocchia lignae artis faber, necnon rector curatus D.nus Agnellus Pecorari, P. Franciscus M. Alfano, P. Claudius M. Ripoli, P. Innocentius Franchini, P. Blasius Panzuti, Antonius Salzano aliique plures inter quos ferreae artis non nemo peritus.

Sed Curiae nucerinae Cancellarius palam professus est tunc temporis nullum confectum fuisse instrumentum, quod ipsemet sciret, nec a Curia cavensi, cui ea aetate Dioecesis nucerina subiciebatur, ullum documentum ad hoc nucerinum archivum transmissum fuisse, praeter copiam litterarum testimonialium quas Praesul Granito direxit ad S.R.C. R. C. cum reliquiarum capsula in praefato anno 1832, suae vitae potremo.

Hinc Ill.mus ut hanc lacunam impleret, cunctis audientibus, sciscitatus est num essent necne testes, omni exceptione majores, qui jurare ad sancta Dei evangelia parati essent scriptoque consignare manifestam patentemque attestationem, qua palam innotesceret idem esse Beati Alfonsi sepulchrum, eodem sarcophago ejus ossa requiescere omniaque adamussim in eodem prorsus statu reperiri in quo sub die junii sexta anni 1832 a Praesule Granito relicta fuerunt, suis sigillis consignata? At statim plures testes, partim e Congregatione SS.mi Redemptoris, partim ex venerabili sacerdotum coetu aliique spectatae pietatis viri sese paratos Antistiti exhibuerunt ad hanc rem jure jurando confirmandam. Jamvero septem ex iis eximiae opinionis viri scriptam ea de re attestationem juramento ad sancta Dei evangelia firmatam, inter acta Curiae episcopalis conservandam ultro tradiderunt.

Praelatus autem, ut in hac re maturius procederet, jussit ut litterae testimoniales, quas ad S.R.C. Antistes Granito anno 1832 cum sacrarum reliquiarum capsula transmisit, palam legerentur. Ex qua lectura publice facta cunctis innotuit omnes urnae circumstantias, signa, characteres ita adamussim respondere, ut de omnimoda identitate rerum nullus relinquatur dubitandi locus. Quinimmo totum sarcophagum ligaminibus quaquaversum obstrictum ex serico coloris rubri sigillis Praesulis Granito muniebatur ea prorsus ratione, ut omnis scrupulus metusque ex cujusque animo evanesceret.

Quare, jubente Antistite, urna praedicta Beati Alfonsi exuvias continens, de sub altari ubi reposita erat reverenter sublata, in abaco decenti fuit collocata, luminibus hinc inde accensis. Deinde Antistes idem mandavit sub poena excommunicationis majoris ipso facto incurrendae Summoque Pontifici reservatae, ne quisquam cuiuscumque gradus, status, dignitatis et conditionis audeat vel minimum quid de corpore, vestibus, urna, vel clam vel palam surripere, vel aliquid addere, immittere, inscio vel inconculato eodem Episcopo.

Jamvero statim fuerunt, jubente Episcopo, fracta sigilla integra reperta et emblemata Antistitis Granito notorie ostendentia ac eadem esse prorsus quae ab eodem fuerant adhibita ad praefatam urnam obsignandam cunctis innotuit. Post haec, clavis amotis, quibus pars urnae superior inferiori nectebatur et, capsula aperta, inde Antistes extraxit duas costas spurias, claviculam unam, alterius costae verae portionem et aliam costam veram, ut eas doctores phisici appellandas docuerunt, et in litteris testimonialibus Episcopi ipsiusmet clarius explicabitur.

Sequuta vero praedictarum reliquiarum extractione, statim urna fuit bene clausa, nimirum superior ejus pars clavis pluribus inferiori fuit connexa, eodem prorsus modo quo ante aperitionem palam conspiciabatur; deinde fasciis seu ligaminibus sericis coloris rubri numero quattuor, scilicet duobus longis integrae capsulae correspondentibus et duobus brevioribus transversanti ratione positis et sigillis episcopalibus numero 21 hodierni Praesulis D'Auria strictis, munitis et obsignatis, ita ut tum fasciae, tum sigilla praedictam urnam undequaque communiarent ejusque prorsus aperitionem impediant.

Demum insignis haec capsula fuit, praecedentibus luminibus, reposita sub eodem altari capellae B. Alfonsi in eodem prorsus loco cancellis ferreis circumquaquaversum munito, ubi antea reperiebatur, ita ut status actualis sacri hujusmodi depositi sit unus idemque quam antea, excepta earum reliquiarum deficientia, quae ad S.R. Congregationem nunc cum praesenti instrumento mittuntur.

Omnia superius descripta ita esse et evenisse ut expositum est, ex actis confectis, quae in archivio Curiae episcopalis perpetuo conservantur, abunde patet et adprime colligitur. Quare ut meo muneri satisfacerem hoc confeci instrumentum, cui ad rerum gestarum veritatem ostendendam, propria manu subscripsi.

Cancellarius Villani (58).

In questa bozza di relazione il Villani, che noi ormai conosciamo per la sua diligenza nel cercar di errare nelle date, si limita a dire: « Anno Domini 1838, feria sexta mensis septembris ». Il mese di settembre ha almeno quattro venerdì: in quale di essi ebbe luogo la ricognizione? La dichiarazione giurata dei sette testimoni ci ha parlato del 7 settembre. Poiché il 7 settembre nel 1838 cadeva di venerdì, possiamo integrare e confermare l'indicazione del Villani, aggiungendo a: « feria 6 »: *die septima* etc.

Il rescritto della Sacra Congregazione dei Riti prescriveva quale norma della quinta ricognizione l'istruzione per la quarta ricognizione emanata dal Promotore della fede Mons. Pescetelli, nel maggio 1832. Nella relazione Mons. D'Auria avrebbe dovuto segnalare tale istruzione e la sua fedele esecuzione; ma non ne ha fatto menzione, né attualmente essa si trova nell'archivio della Curia nocerina; è probabile che tra il 1832 ed il 1838 si sia perduta; tanto più che Mons. Granito, destinatario dell'istruzione, nel 1832 risiedeva a Cava e non a Nocera. L'archivio vescovile di Cava è andato distrutto durante l'ultima guerra.

Tuttavia possiamo costatare che il Vescovo Mons. D'Auria ebbe presente l'istruzione del Promotore della Fede Mons. Cavalli, emanata nel novembre del 1815, in occasione della seconda ricognizione. Infatti la comminazione della scomunica contro chi avesse sottratto delle reliquie si allontana dalla formula usata dal Pescetelli nel 1832 (59), ma riproduce quella del Cavalli (60), che è ancora oggi nell'archivio nocerino. L'istruzione del Pescetelli è citata dal Villani nella dichiarazione del 25 luglio 1832, quando ci dice che in base ad essa il Vescovo poté superare alcune difficoltà di ordine giuridico (61).

Se Mons. D'Auria non ebbe l'istruzione del 1832, la quale prescriveva l'estrazione delle reliquie « sine deformatione corporis », nell'istruzione del 1815 avrebbe potuto leggere queste parole: « Vicarius capitularis sumet aliquas reliquias de ossibus et carne Ven. Servi Dei, quarum tamen detractioe corpus illud minime deformatur » (62). Questa norma avrebbe dovuto far recedere sia lui che il P. Mautone almeno dall'asportazione della clavicola.

## VIII. SESTA RICOGNIZIONE

Il 26 maggio 1839 il Sommo Pontefice Gregorio XVI canonizzava S. Alfonso. Con tale atto la custodia delle reliquie del Santo diventava oggetto della giurisdizione del Vescovo di Nocera. Egli secondo la sua prudenza avrebbe potuto eseguire altre ricognizioni, estrarre altre reliquie, uniformandosi però sempre alla costante prassi della Chiesa nel rispetto della integrità del corpo.

Noi sappiamo ora che al termine della quinta ricognizione del 7 settembre 1838 il corpo di S. Alfonso era stato ricollocato nell'urna di vetro dove si trovava fin dall'ottobre del 1816. Vedremo invece che nel gennaio 1863 esso si trova diviso in varie teche che sono distribuite nelle varie parti di una statua giacente, raffigurante S. Alfonso. Bisogna quindi concludere che tra il 1838 ed il 1863 ebbe luogo un'altra ricognizione, durante la quale il Vescovo diocesano eseguì la traslazione delle ossa dell'urna nella statua.

Benché abbia fatto delle ricerche, negli archivi non ho trovato documenti su tale traslazione e sulla sua data. Comunque possiamo stabilire che essa ebbe luogo prima dell'8 ottobre 1849, perché in tale giorno il Papa Pio IX visitò il corpo di S. Alfonso a Pagani e lo trovò non nell'urna ma nella statua. Infatti il P. Berruti, Rettore Maggiore dei Redentoristi, scriverà nel 1863 al Santo Padre: « La Santità Vostra conosce che le medesime (reliquie) si possono facilmente togliere, senza alterare la forma esteriore della così detta *maschera* » (63). La maschera era appunto la statua-reliquiario, che perciò era ben nota al Santo Padre.

L'idea di porre il corpo di S. Alfonso nella statua era sorta nei Redentoristi, dopo aver visto le statue giacenti, nelle quali il Ven. D. Placido Baccher aveva posto i corpi di alcuni martiri nella Chiesa detta « Gesù vecchio », a Napoli (64). Fu invitato lo stesso Venerabile D. Placido, che perciò andò a Pagani (65).

La relazione scientifica del Dottor Goglia ci ha parlato delle amputazioni delle ossa, per costringerle ad entrare nelle teche troppo anguste della maschera.

Quanto al criterio adottato per la loro distribuzione nelle teche noi non abbiamo indicazioni. La ricognizione ottava nel 1870 ci darà l'occasione di conoscere che nella teca dell'antibraccio destro furono collocate due ossa che la ricognizione scientifica del 1951-52 ha rivelato esser le due ulne, in parte segate per introdurle nella teca (66). Questo prova che gli esecutori della distribuzione delle reliquie nella maschera non conoscevano le parti dello